

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ira ai
cum fonte primo

Melior est qui quamuis ira sepe
temptatur, tamen ueniam impetrare
festinat,

quam qui tardius irascitur et ad ueniam
petendam tardius inclinatur.

Qui autem numquam
ueniam petit aut non ex animo
petit sine causa est in monasterio,
eciam si inde non proiciatur.

Gregorius in registro.

melior est enim, quae quamuis ira saepe
temptatur, tamen impetrare
festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse
cognoscit iniuriam,
quam quae tardius irascitur et ad ueniam
petendam difficilius inclinatur. quae non
uult dimittere sorori, non speret accipere
orationis effectum;
quae autem numquam
uult petere ueniam aut non ex animo
petit, sine causa est in monasterio,
etiamsi non inde proiciatur.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 211,
14 (CSEL 57, A. Goldbacher ed.,
pp.368-9, ll.22, 1-6).